

*Ibidem* 16 Venit hora ut omnis qui interficit vos, arbitretur obsequium se praestare Deo.

*Ibidem* Tristitia vestra vertetur in gaudium.

*Ibidem* Mulier cum parit, tristitiam habet, quia venit hora eius: cum autem peperit puerum, iam non meminit pressuræ propter gaudium: quia natus est homo in mundum.

*Rom. 5.* Gloriamur in tribulationibus, scientes quia tribulatio patientiam operatur.

*Ibid. 8.* Heredes quidem Dei, cohaeredes autem Christi: si tamen compatimur, ut & cōglorificemur.

*Ibidem* Existimus, quod non sunt condignæ passiones huius temporis ad futuram gloriam quæ ruelabitur in nobis.

*Ibidem* Ipsa creatura liberabitur à seruitute corruptiōnis, in libertatem gloriae filiorum Dei.

*Ibidem* Scimus enim quod omnis creatura ingemiscit, & parturit usque adhuc.

*Ibidem* Quis nos separabit à charitate Christi? tribulatio? an angustia? an fames? an nuditas? an persecutio? an periculum? an gladius?

*Ibidem* Certus sum, quia neque mors, neque vita, neque angeli, neque principatus, neque uilla creatura alia poterit nos separare à dilectione Dei.

*Roma. 12.* In tribulatione patientes.

*1. Cor. 4.* Usque in hanc horam & esurimus & sitimus, & nudi sumus & colaphis cedimur, & laboramus operantes manibus nostris.

*Ibidem* Maledicimur, & benedicimur: & persecutio nem patimur, & sustinemus.

*2. Cor. 1.* Benedictus Deus qui consolatur nos in omni tribulatione nostra.

Sicut